



**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis  
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de  
monte Carmelo**

**Trithemius, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1643**

Cap. VII. Quare Carmelitæ, dicantur Fratres B. Mariæ semper Virginis de  
monte Carmelo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](#)

vniiformes aliquando non fuerint, S. Pater Benedictus in sua Regula innuit, qui Monachos de colore vestium causari prohibuit. Hæc dixerim, non quod album fuisse Eliæ Habitum negem, sed ut hæsitantibus occasionem murmurandi contra Ordinem præscindam. Post multos vero annos, cum Terra sancta in manus deuenisset infidelium, coacti sunt Fratres mutare Habitum, Saracenis id vrgentibus, Carmeliti qui solis satrapis suis albam portare vestem licere *ta cur mu* existimabant. Publico igitur edicto Regis Fratres tarint colo montis Carmeli album deponere Habitum compulsi sunt, & aliud quemlibet assumere. Reiecto itaque necessario Habitum pristino, cappas virgulatas assumperunt, qui duplicis coloris a septem partibus virgulatus extitit, quarum prima circa fissuram anterius alba fuit altrinsecus, sequens ab utraque parte alba, & ultima in medio dorsi nigra. Tandem cum post annos non paucos malitia infidelium crescente de Terra sancta Fratres cogerentur recedere, de uno Habitum compulsi sunt immutare. Venientes enim ordinatione diuina in Europam, ne populis risum peregrino Habitum facerent, veterem Habitum resumperunt, quo usque in hodiernum diem in Ordine utuntur. Denique, ne mutatio hæc cuiquam fruula videretur, auctoritate Summorum Pontificum mox legitur comprobata.

## C A P V T VII.

*Quare Carmelites Fratres dicantur B. Mariae semper Virginis de monte Carmelo.*

**S**ed iam quærendum nobis est, quare tot sanctis nouis & antiquis Ordinibus prætermisis, solus Carmelitarum Ordo B. Dei Genitricis titulo decoretur; cum ipsa nec Fundatrix illius extiterit, nec aliqua ei similitudine professionis subiecta. Quæ ergo causa fuit, ut Carmelites Fratres B. MARIE semper Virginis ab initio dicerentur? Nunquid fortuito casu, aut elatione aliqua inani fa-

Etum est? Absit. Nam sicut ex veterum lectione di-  
 \*Sciēdū, φ dicimus, titulum hunc Carmelitis conuenire maxi-  
 carmelita me scimus; quos ab exordio suæ institutionis Dei  
 2. *Sacella*, Genitricem semper in maximo honore & reueren-  
 siue tēpla, tia habuisse non dubitamus. Enim uero non diu  
 in *Deipare* post Domini Passionem crescente per Iudæam fide  
*Virg. hono* Christiana Fratres montis\* *Carmeli* Capellam in e-  
 rē, in mōte iusdem montis latere in Dei Genitricis honorem  
*Carm. cō-* construxerunt; eamq; in Ordinis sui Aduocatam  
 struxerūt; & Patronam elegerunt, & Fratres eius deinceps ap-  
 primū ipsa pellati sunt. Sicut ergo à Carmelo *Carmelite*, ita  
 adhuc vi- à Capella quam ædificarunt, vsque in hodiernum  
 uente, non diem *Fratres Beatissima Dei Genitricis & Virginis*  
 diu post appellantur. Et digna quidem Carmelitis denomi-  
*D. passionē* natio, vt qui Dei Matrem speciali semper amore  
 īn uno late venerantur, etiam illius sint titulo clariores,  
 re, siue ut

Quemadmodum enim Beatissima Virgo Ma-  
 rī docēt, RIA Paradisi nobis aditum prima omnium aperuit,  
 in declinio ita Carmelitarum Religio principium & formam  
*mōtus Car.* cæteris Ordinibus dedit. Nec dubium mihi est, quin  
 meli: alte- Dei Parens MARIA hunc Ordinem speciali fauore  
 rum, mox prosequatur, quem & loco vicinum, & tempore pri-  
 post glorio- mym sibi & Filio in obsequium exortum recogno-  
 sam ei<sup>o</sup> in scit. Digni profecto sunt Fratres Carmelite sacra-  
 cœlos Assū tissimæ Virginis titulo insigniti, qui ab exordio suæ  
 ptione, in institutionis ei per humilitatem & innocentiam suo  
*eo montis* modo facti sunt proximi, & in obsequio eius paren-  
*Carm. loco* telæ singulariter deuoti. Lege & reuolue omnes  
*vbi Elias* transacti temporis historias, & nusquam inuenies  
*olī ascēdē* Ordinem Fratrum Carmelitarum in Ecclesia Dei  
*zē nubecu*, schisma suscitasse vel scandalum, nec vlla nouitate  
*lā Virginis* populum fidelem perturbasse, neque de aliqua hæ-  
*typo insig-* resi vñquam fuisse suspectum. Semper enim in hu-  
*nē cōspexe* militare & tranquillitate Domino seruuit, semper  
*rat*, i. in pacificus in Ecclesia fuit, semper sua innocentia  
*vertice* contentus extitit. Qui ergo humilitate & munditia  
*Carm.* uti moribusq; sanctis Beatissimæ Dei Genitrici semper  
 constat ex deuotus extitit, eius titulo congrue sublimatus fuit.  
 3. Reg. c. 18

Hoc

Hoc & ipse Habitus sua munditia & puritate in- *Quid Ha-*  
*dicat, qui Fratres Carmelitas continentiam & casti-*  
*tatem summopere obseruare debere manifestat. Et* *bitus alb⁹,*  
*quamuis locus ipse primus, qui nomen dedit Ordini-*  
*ni, desolatus iam sit, vocabulum tamen *Carmeli* Fra-*  
*tribus manet, vna cum patrocinio Dei Genitricis.*  
*Nunc ergo satis dictum probatumq; sit de Auctore*  
*& loco Carmelitici Ordinis: persuasumq; velim sit*  
*omnibus, illius cultores *Fratres B. MARIAE semper**  
*Virginis de monte *Carmelo* merito & esse & palam*  
*prædicari.*

## C A P V T . V I I I .

*De Transmigratione Fratrum Carmelitarum  
in Europam.*

**C**VM propter scelera populi Terra sancta in ma-  
 nus perfidæ gentis Saracenicæ redacta esset an-  
 no post Domini Passionem sexcentesimo tri-  
 cesimo nono, Fratres Carmelitæ, qui dudum in vr-  
 bibus etiam multiplicati habitabant, nimium ab in-  
 fidelibus afflitti ad eremum *Carmeli* montis redire  
 sunt compulsi. Non enim in ciuitatibus manere diu-  
 tius poterant, quos Saraceni in tantum affligeabant,  
 ut nullum eis Deo famulandi tempus quietum relin-  
 querent, ac vietui necessaria funditus negarent.  
 Manserunt itaque Fratres in monte *Carmelo* solita-  
 riæ vitam in paupertate non modica ducentes, do-  
 nec multis euolutis annis, Terra sancta per Christia- *Gotfridus*  
 nos iterum fuit recuperata, & Peregrinis iter ad il- *Dux recu-*  
 lam in pace compositum. Facta fuit hæc Terræ san- *perat Ter-*  
 ctæ recuperatio per Duxem Gotfridum anno Domi- *næ sanctæ.*  
 ni millesimo nonagesimo nono.

Deinde post annos paucos confluentibus vndi-  
 que Peregrinis, & maximè de regionibus Europa, *fimi-*  
 numerus Fratrum in monte *Carmelo* valde multi-  
 plicatus est, intantum, ut præ multitudine montes  
 implerent & vrbes. O si tunc Ordinis Carmelitici  
 decorem in sua maiestate vidisles, nunquam fuisse